

magis est quam Segusini (cf. item n. 7268. 7302). Falernam proposuit Grotefendius trib. p. 77 ita emendans laterculum supra citatum. Magistratus nulli reperiuntur nisi IIviri, ut in *decurione IIviro* hic ordo honorum consistere soleat (n. 7233. 7236. 7260). *Vilicus summarum* est n. 7264. Praeterea nominantur sexviri Augustales in titulo n. 7255 in eodemque Augustales, quasi inter se differant. Frequentiam incolarum titulorum multitudo, inter quos non pauci sunt militum sive in statione sive dum iter faciunt ibi defunctorum, item thermae Gratianae (n. 7250) aliaque opera publica ibi facta ab imperatoribus (n. 7244) satis demonstrant, ut item quod ordo dicitur *splendidissimus* (n. 7246. 7248. 7249). Con-

stantinus adversus Maxentium proficiscens Segusinos resistentes sibi ex-cidit (Nazarius paneg. 17: *Segusiensium civitatem quae superatis Alpibus Italiae claustrum obicit, cum vi et virtute velut ianuam belli refregisset. c. 21: primam Segusiensium civitatem, quam primam iter dederat, victoria facilis amplexa est; quae resistendi pertinacia ita in se imperatoris vim convertit, ut pietatem tamen non alienaverit. Nam cum introitus vi manu quaereretur et portarum inflammatio ignem late distulisset, . . . imperatoris fuit cura, . . . ut incendium . . . oppressum emori posset. c. 22. Paneg. incerti auctoris c. 5: sub ipsis Alpium iugis munitissimum muro ac situ tenentes oppidum).*

7231 inscriptio arcus Segusini. Litterae, quae olim aere incrustatae fuerunt, v. 1 altae sunt unc. 5¹/₂, vv. 2. 3. 4 unc. 3¹/₂. De anaglyphis quibus repraesentantur suovetaurilia aliaque caeremoniae, non hic locus est agendi.

IMP · CAESARI · AVGVSTO · DIVI · F · PONTIFICI · MAXVMO · TRIBVNIC · POTESTATE · XV · IMP · XIII
M · IVLIVS · REGIS · DONNI · F · COTTIVS · PRAEFECTVS · CEIVITATIVM · QVAE · SVBSCRIPTAE · SVNT · SEGOVIORVM · SEGVSINORVM ·
BELACORVM · CATVRIGVM · MEDVLLORVM · TEBAVIORVM · ADANATIVM · SAVINCATIVM · ECDINIORVM · VEAMINIORVM
VENISAMORVM · IEMERIORVM · VESVBIANIORVM · QVADIATIVM · ET · CEIVITATES · QVAE · SVB · EO · PRAEFECTO · FVERVNT

p. C. 745/6

Titulus cum utrimque repetitus sit eadem ad litteram scriptura parilique plane versuum divisione, nos semel tantum eum exhibuimus, sed ut quae elementa teste Napionio aut in facie meridionali (N^m) aut in altera ad septentrionem (N^s) vergente tota periissent (nam de litteris iniuria temporis in altero utro exemplari imminutis referre nolui) secundum tabulam Napionianam indicarentur in adnotatione. Hanc tabulam ut par erat secutus adieci variam lectionem potiorum exemplarium scilicet trium Barberiniani et Maffeiiani 1 (*ist. dipl.*) et 2 (M. V.) et Massazzae (secundum Ricolvium).

1 TRIBVNICIA Maff. 1

IMP · XIII N^m Maff. Mass., IMP · XIII I I N^s, IMP · XIII^{ITA} Barb. Gioff.

2 CEIVITATIVM N^m Mass. Maff. 2, CEIVITAT^{ITA} N^s, EIV^{ITA} IVM Barb., CIVITATIVM Maff. 1

SVBS/RIPTAE N^s, SVBS / " PTAE N^m, SVBSCRIPTAE Maff. Mass., SVBSCI^{RIR} / TAE Barb.

SEC / SINOR // N^m, SEGVGINORVM Mass.

3 MEDVLIORVM Barb.

TEBAV / ORVM N^s

ADANAFIVM Barb.

SAVINCA^{ITA} // N^m, SAVINGACIVM Barb.

ECDINIORVM potius quam EGDINIORVM N^s, / CDINIORVM N^m, EGDINIORVM Maff. Mass., EGDIMIORVM Barb.

VEAMINIORVM N^s.

4 VENICAMORVM N^m, VENI^B // ORVM N^s, VENISAMORVM Barb. Maff. et ita vere in lapide esse ego quoque deprehendi, VENICAMORVM Mass.

IEI^B // ORVM N^s, LEMERIORVM Barb., IRIORVM Maff. 1

VESVBIANORVM Mass., VESVRIANORVM Barb., ESVBIANORVM Mass. 1

QVA^B // ATIVM N^s, OVADIATIVM Barb. Mass., OVADIATIVM Maff. 1

CIVITATES Maff. 1

QVAE] Q^B // N^m

Subieci indicem quattuordecim quae in arcu recensentur civitatum, ad quem adnotavi quae earum redeant in Tropaeo.

Adanates	n. 7	in Tropaeensi	n. 33	Edenates
Belaci	n. 3			
Caturiges	n. 4	„	„	n. 28
Ecdinii	n. 9	„	„	n. 38
Iemerii	n. 12			
Medulli	n. 5	„	„	n. 26
Quadiates	n. 14			
Savincates	n. 8			
Segovii	n. 1			
Segusini	n. 2			
Tebarii	n. 6			
Veaminii	n. 10	„	„	n. 35
Venisami	n. 11			
Vesubianii	n. 13	„	„	n. 34 Esubiani

Vidi ego unumque locum (v. ad v. 4 in.) telescopii ope accuratius examinavi; ceterum nisi tabulatione facta inscriptio recognosci non potest, quique de plano eam institueret, temere faceret et noceret magis quam prodesset. Denique recte opinor adquiesci potest in diligentissimo et accuratissimo